



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius
Marius Victor, Claudius**

Lvgdvni, 1536

Capvt VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12149

*Ipsa cōteret Conteret vna caput, tandem tibi fœmina victrix:
caput tuū & tu insidiabe Nascedumq; etiam tali de stípite germen.*

*ris calcanco
illius. Gen.3.*

C A P V T VII.

POsthęc attonitam iudex cōmotus in Euam.

Et tu quæ primā violasti fœmina legem,
Accipe, ait, reliquum vitæ quod restat in æuum,
*In dolore pa- Imperium patiere thori, dominumq; timebis.
ries filios tuos Quem dederam socium; cuius tu subdita iussis
et sub uiripo testate eris.* Pareto, & libitus posthęc assuesce viriles.

Gene.3. Moxq; vbi concipiens fœtum persenserit aluus;
Ventrī onus gemitu testaberis : ac tibi clausum
Anxia crescentem portabunt viscera fascem;
Donec transacto fastidia tempore complens
Naturale malum partus ab uindice partu
Producas vita ut prolis sit poena parentis.
Sed quid multa loquar miserè discriminā matris:
Nam quum præduro mulier confecta labore
Optatam sobolem tali produxeris ortu:
Lugebis vacuos nonnunquam orbata dolores.

C A P V T

V I I .

INterea trepidus iam dudum sustinet Adam
Quid sibi terribilis tandem sententia seruet,
Cui pater attentis, inquit, nunc auribus, & tu
Accipe